



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Bvllæ Pii V. Contra mulieres ingredienti septa monasterij virorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

- 5 nisi probetur reconciliatio, secundum Innocen. in cap. cum oporteat de accus. quem sequitur Bald. in authent. si dicatur, C. de testi. Alexand. in l. 3. ff. de testi. & Crauetta consilio 9. numero 6. Surd. consilio 40. gratis numero 3. & ista est concors, & communis opinio omnium Doctor. vt per Bal. in l. in ipsius per text. ibi. C. famil. erciscund. Et ratio ea est, quoniam voluntas semel posita semper præsumitur durare, nisi probetur mutata. l. sancimus, ff. de testament. c. maiores, §. final. & ibi gloss. in verb. perdurare de baptismo, & l. eum, qui ff. de probat. & l. Lucius in fin. ff. de legat. 2. & Corset, in singul. in verb. præsumptio, il primo post princip. Et similiter semel dominus, vel possessor, semper præsumitur dominus, vel possessor, nisi contrarium probetur, l. siue possidetis, C. prob. & capit. præterea il secundo, & ibi Abb. de transact. in capit. cum inter Canonicos sub num. 7. circa finem, de elect. & item semel malus semper præsumitur malus, l. si cui, §. eisdem, ff. de accus. Reg. semel malus, de reg. iur. in 6. Corn. consilio 146. numero 19. volumine primo, & consilio 101. numero 16. volumine 2. Dyn. & Abb. in capit. inter Canonicos, numero 7. de electio. vbi concedit, quod semel criminofus semper præsumitur persequerare in eodem crimine, nisi emendatus probetur.

Quare in contingentia facti consultus dixi, quod filiatio spiritualis contracta in actu confessionis semper durat, & consequenter Confessarius sollicitans filiam spirituales semel sibi confessam incidat in penas, vt in proprijs terminis tradit Graff. in cons. 1. de cognat. spirituali.

RESOLVT. LXX.

- 1 Qui per interpositam personam sollicitant puellas ad malum, puniuntur pena mortis.
- 2 Verba sunt accipienda in proprio significato.
- 3 Plus est persuadere, quam facere.
- 4 Si statutum excludit filium ab electione, multo magis excludit nepotem.
- 5 Sollicitatores dicuntur inducentes per suasionibus, mendacijs, aut precibus.
- 6 In maximis criminibus punitur solus conatus.

Qui dicantur sollicitatores ad turpia.

- R**espondeo, quod cum sollicitudo dicat vehemens studium, & diligentiam ad aliquid egendum, iuxta D. Thom. 2.2. q. 47. art. 9. & ibi Caietan. fit, quod sollicitantes dicuntur non solum illi, qui per se verba impudica multiplicat ad malum, sed etiam, qui inducerent, vel persuaderent ad tale facinus committendum, c. noli, de poenit. distinct. 1. cum plus peccet persuadens, quam faciens, argum. ff. de feruo. corr. l. 1. §. persuadere, Hinc fit, quod qui sollicitaret filiam suam spirituales per interpositam personam, vt per lenam, quæ varijs promissionibus, & adulationibus trahunt infelices puellas ad malum & puniuntur pena mortis, vt in authent. de leno. §. præconizamus, col. 3. licet de consuetudine, secus vt dixit Iul. Clar. in sua praxi libro quinto, §. final. verbo lenones, ipse sollicitare videtur argum. textus in capitu. mulieres, §. final. de sententia excommunicat. & cap. final. distinct. 8. vbi Geminian. notat, quod ille loqui dicitur, qui explicat sermonem suum per interpositam personam, & sic exprimens verba contractus matrimonij per alium dicitur per se expressisse, & per consequens est ipso iure reprobatus. Nihil enim refert, quod ex æquipollentibus fiat, & qualitercunque quis alij exprimat voluntatem suam, ff. de legat. 3. l. nutu, de constitut. pecu. l. qui autem,

- §. final. non enim cortex verborum attendendus est, sed mens legislatoris, quæ fuit, vt omnino tolleretur occasio arcendi Confessarios ab hoc scelere, neve frigescere charitate, ac timore Dei occasio detur maritis, & patribus vxores, atque filias ab hoc sacramento retrahendi, & vt rarius ad illud accedant procurando, vt dixit Diaz in sua praxi capitul. 76. Quod si quis obijciat verba esse accipienda in proprio significato, capitul. in nostra, de iniur. maxime cum sumus in poenis, quæ non sunt extendenda, sed restringenda vulgaris iuribus, respondetur, quod hoc non procedit quando concurrat maior ratio, quare sint poenæ dilatandæ, vt in casu nostro: etenim qui sollicitat per se, tantum ipse peccat, & mulier si consentit, sed qui sollicitat per lenam trahit etiam ipsam ad peccatum, vnde recte dicitur per gloss. in dict. cap. noli, quod plus est persuadere, quam facere. Hinc fit, quod poenæ extendantur ad alium casum ex maiori ratione. Quare dixit Francus in cap. secundo de tempor. ordinand. in 6. quod si statutum excludit filiam a successione, multo magis excludit neptem, in qua est maior ratio, vt excludatur. Tum etiam, quia casus synodalis, qui loquitur de sollicitantibus ad turpia potest intelligi illud ad turpia tam respectu sui, quam alterius personæ. Item sollicitatores dicuntur inducentes per suasionibus, vel mendacijs, aut precibus, vel fraude, aut blanditijs faciunt dicta per Caietan. 2. 2. quæstione, 32. art. 7. versicul. circa. De hac sollicitatione loquitur tex. in cap. sollicitatores, & cap. primo de poenitent. distinct. prima, vbi in his iuribus habetur, quod puniuntur, & si effectus sceleris potiri non possunt, quamuis perfectio flagitio aliter punitur, quam imperfecto dicto §. primo, & in cap. si quis cum feminam eadem dist. dicit Glossa, quod quandoque sola attentatio, vt cap. si quis non dicam rapere 36. quæstione 2. & dicit text. in dict. cap. si quis; attentari pudicitia dicitur cum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat. Item solus conatus punitur, vt 14. quæstione quarta, c. quoniam multi. Sola voluntas 27. quæstione prima, cap. nuptiarum. Sola expectatio mercedis 14. quæstione tertia, capit. si fœneraueris sola cogitatio. 6. quæstione prima, capitul. si quis. Sola intentio, de poenit. distinct. prima, cap. si quis cum telo. Sola aggressio. eodem titul. cap. si quis necandi. Solus ausus, cap. si quis pullatus, & in casu nostro sola sollicitatio. Hoc etiam probatur in casu nostro proposito, vbi casus reseruatus loquitur solum de sollicitantibus, & ratio videtur esse, quia sumus in maximis criminibus, in quibus punitur solus conatus dict. cap. si quis non dicam, & cap. si quis tam feminam, & cap. sollicitatores, §. 1. quod secus est in minoribus, quia non sum fur, licet ad aliquem actum processu, l. vulgaris, §. qui furti, & l. si certe, ff. de furt.

PRAXIS BULLÆ PII V. CONTRA mulieres ingredientes septa monasterij virorum.

RESOLVT. LXXI.

- 1 Septa monasterij sunt fines clausuræ monasterij.
- 2 Apud fratres minores, sæpes horum faciunt clausuram.

Quæ dicantur septa monasterij virorum.

Ad effectum incidendi in penas Bullæ Pij Quinti contra mulieres ingredientes septa monasterij virorum fuit quæsitum, quænam dicantur prædicta

- 1 dicta septa; cui respondi septa monasterij intelligi fines clausuræ monasterij, & ideo statui consuetudini religionis, quibus finibus terminetur clausura. Nam communiter dicuntur muri domus, seu Conuentus inclusa Ecclesia, sed in Religione Franciscana receptum est, ut hortus clausus computetur etiam in clausura, itaque sepes hortorum apud illos faciunt clausuram, ut notat Coriolan. in dist. 3. casu quo ad tertium, & consequenter dum extra septa clausuræ furtivè, & nocturnè quis exit absque superioris licentia incidit in pœnam huius bullæ.

RESOLVT. LXXII.

- 1 Bona fides, semper censetur excepta.
2 Lex prohibens aliquid fieri non procedit contra facientem bona fide.
3 Quælibet causa etiam bestialis excusat a dolo.
4 Causa excusat a dolo, & a pœna aliquid facientem.
5 Permittens bona fide ingredi clausuram alicui personæ prohibita non incidit in pœnas.

An Religiosi bona fide permittentes ingredi clausuram monasterij incidant in pœnas
Bullæ Pij V.

Verunt in vifitatione cuiusdam religionis producta nonnulla capita contra quosdam Conuersos eiusdem religionis, & inter cætera, quod prædicti Conuersi permiffissent quibusdam mulieribus ingredi septa eorum monasterij, & cum per eosdem pro eorum defensione fuisset oppositum ipsos conuersos id permiffisse, bona fide, fuit quaestum an bona fides illos excusaret, ne inciderent in pœnas Bullæ Pij V. Et prima consideratione videbatur negandum, ex quo bulla generaliter loquitur, & proinde generaliter esse intelligendam argumento text. in capitulo cum omnes de constitutionibus, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus lege de precio vigesima de public. in rem actione.

- Cæterum contrarium mihi visum fuit consulenti respondere, quia bona fides semper censetur excepta gl. in lege bona fides. C. depositi. Bal. consil. 22. vol. 1. tunc, quia lex prohibens aliquid fieri non intelligitur contra eum, qui bona fide illud agit Nauar. consil. 12. de rebus ecclesiæ non alienand. Sair. decis. 19. eodem tit. tum quia in omnem euentum, quælibet causa, etiã minima, & iniusta, atque temeraria, seu bestialis excusat a dolo ipso præsumpto, ligitur potest. ff. de lib. cau. l. plagij, la seconda. ff. ad l. Plautiam de plagarijs, & l. 1. in fin. ff. de abigeis, Paul. Emil. Veral. decis. 108. seu 2. scientia, num. 3. in 3. par. Bertr. consil. 418. vidi processum in fi. vol. 4. & consil. 146. quælibet causa, n. 1. vol. 6. Bero. consil. 187. in præfenti causa, n. 15. & seq. & consil. seq. nu. 10. & 11. vol. 3. & consil. 151. Ad fauorem, num. 8. vol. 1. ubi hoc vtiliter limitat gl. of. communiter approbata in dict. l. 1. in fi. ff. de abig. D. Marc. Anton. Auge. consil. 60. num. 9. & seq. lib. 1. Beccius consil. 60. num. 16. consil. 78. num. 28. consil. 96. num. 17. & consil. 109. nu. 4. vol. 1. Calsador. decis. 19. item voluerunt, num. 4. super reg. cancel. ad val. & decis. 2. sub. n. 5. de pensionib. Ioan. Petr. Surd. consil. 86. leuis. num. 22. Ant. Ciofius consil. 118. cum respondendi, numer. 13. vol. 1. Alex. consil. 106. num. 14. vol. 3. ubi indicat istam esse omnium in iure scribentium communem sententiam, & Ioan. Petr. Surd. consil. 103. & causa excusat a dolo, & a pœna si appareat, eum ex tali causa motum: idem Beccius in allegato consil. 78. num. 29. & ita iudicauit non semel tamen Sacra Regia Audientia, Barenfis in anno 1580. & seq. in varijs, diuersisque causis in ea tunc decis, ut refert Viuius in decisione 80. & in proprijs terminis sic sequitur nouissimè

Molfes. in sua summa in tractatu 7. de pœnitentia, ca. 20. num. 40. qui iuxta hanc opinionem dixit defendisse quosdam fratres, qui extra Neapolim in quodam Oppido bona fide permiserunt mulieribus ingredi clausuram ipsorum; unde clarum remanet, quod si aliqui Religiosi bona fide permitterent mulieribus ingredi in clausuram Monasterij, nec permittentes, nec mulieres incurrerent in excommunicationem. Quia deberet adesse præsumptio ad ingrediendum, & admittendum mulieres ad ingressum clausuræ, & dum est quædam socordia, siue ignorantia esset solum transgressio venialis, ut bene aduertit Capuccinus ad Sorbum in verb. ingredi monasteria fol. 262. Rodrig. tom. 1. quaest. regul. q. 48. art. 1. tertio est notandum, de qua Molfesij doctrina me admonuit eruditus quidam D. Ioannes Maria Nouarius vtique suæ patriæ splendor.

PRAXIS CAP. I. ET II. DE ADULTER. circa stuprantes mulieres virgines.

RESOLVT. LXXIII.

- 1 Stuprans virginem immaturam qua pœna puniatur, qua pœna stuprantes virgines, vel viduas cum scalis, numero 2. quando per vim num. 3. cum soluta, nu. 4. cum honesta si esset disparitas, num. 5.

Quæ sit pœna stuprantis virginem.

- 1 Respondeo, quod stuprans virginem immaturam puniri debeat si esset ignobilis ad remigandum per septennium, & ita fuit tam per Mag. Cur. Vicar. quam per Sacrum Consilium decem Grammat. decis. 22. Clarus in §. stuprum sub num. 9. meminit Afflict. in consil. quis rapere, num. 16. ubi dicit puniri ad suspensum, idem ubi supra, numer. 17. imò pœna combustionis fuit punitus per sententiam Magnæ Curie Vicar. qui filiam minorem duodecim annorum stuprauerat, de quo meminit Thesaurus decisio. Pedemont. 148. Aloys. de Leo. l. si quis non dicam, C. de Episcop. & cler. n. 22. Carrer. in pract. crimin. tit. de homic. & assassinis vers. circa igitur quartam num. 10. Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 20. & nos in Collect. decisio. 137.
- 2 Stupratores verò virginum, vel viduarum cum scalis non tamen reperti cum scalis in fragranti de nocte, qua pœna puniri debeant fuit decemum esse condemnandos ad exulandum per decennium extra regnum ad dotandum virginem defloratam Franch. decis. 333. Aloys. de Leo. l. si quis non dicam, C. de Episc. & cler. in principi. latè Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 97. & 98. nu. 9.
- 3 Stuprum autem commissum per vim an puniatur pœna mortis naturalis, etiam quod virgo non esset viripotens, fuit decemum quod sic Franch. decis. 534. nos in collect. decis. 137. Sed stuprum commissum cum vidua, qua pœna puniendum sit fuit decemum esse puniendum pœna amissionis medietatis bonorum, Afflict. in Constitut. si quis rapere, num. 11.
- 4 Stuprum etenim cum soluta commissum non tamè cum violentia non est punibile, attamen si fuerit commissum cum aliqua soluta ab aliquo cognita que leuis vitæ erat, & stante fama bona inquisiti, licet fuisset per Mag. Cur. Vicar. ad triennalem relegationem, & dotandum illam postremo per Sac. Consil. fuit condemnatus ad exulandum per annum ultra annalem carcerationem, & hoc per iniuriam illatam Domino ancillæ, in cuius domo fuerat repertus Gramm. decis. 107. Baiard. ad Clarum in §. stuprum, nu. 25. Gaspar. Thesaur. in addit. ad decis. 3. eius patris ad num. 3.

5 Stu-